



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorvm|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. LVIII. De Amore.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

nos actus requis. anno 14. quest. 43. n. 6.
XII.

AMICI dicuntur in quibus est unum
velle & nolle, Alex. conf. 93. Repetitus.
n. 10. vers. sedulera, lib. 6. Card. Tusch.
d. concl. 326. n. 4. Didac. de Narbona
d. quest. 43. n. 6.

CAP. LVIII.

De Amore.

Axioma. I.

Mulieres ad amandum sunt faciliores vi-
ris Carpzov. part. 1. confit. 16. def. 48. in fin.
cum ibid. not.

II.

Nullus amor vincit paternum, l. ult. C. de
curat. fur. l. 8. ff. quod metus causa. & ardor
ejus inestimabilis, Roland. à Valle vol. 4. conf.
24. n. 17. hinc est, quod nullus melior amicus
dicatur quam pater, nisi quod major pene af-
fectus in nepotes quam ipsos filios vigeat.
l. 220. ff. de V. S.

III.

Amorem auget societas, l. de hereditate 19.
ff. de castr. pec. l. cum allegat. 4. C. eod.

IV.

Amor honestus solis animis aestimatur, l. 3.
ff. de don. int. vir. & ux. puellarum vero sub-
vertit rectum judicium. Bald. in l. 2. §. cum
placuisse de O. I. n. 2.

V.

Amatus à subditis nullis eget custodibus,
Nevizan. in cons. feud. 12. n. 69.

CAP. LIX.

De Amissione, Amisso.

Axioma I.

Amisum non intelligitur, quod oblatum
alteri non est. Ita habet communis lectio l. 20.
ff. ex quib. causis majores. quod Bart. ad d. l.
20. ita reddit: Primus Dominus dominium
non amittit, nisi alteri acquiratur.

Quae regula ita explicanda, ut procedat
quotiens res contra voluntatem Domini
amittuntur, ubi autem possidens illas am-
plius habere non vult, eoque modo abjicit,
antequam alter acquirat, dominium amittit:
textus rotundus est & clarus in l. 2. §. 1. pro
derelicto.

II.

Amittere rem non videtur, ejus propria
non fuit, l. non videtur 83. de R. I. Siquidem
amissio privatio est, quae praesupponit habi-
tum, & sic amitti non potest, quod non fuit

acquisitum, l. 1. §. 1. Quib. mod. usufruct.
amit. l. 20. Ex quibus causis maj.

III.

AMISUM non dicitur, quod
non durat amissum, l. pro parte 10. §.
versum. ff. de in rem verso. Fr. Emman.
quest. Regular. tom. 2. q. 78. art. 12. vers.
nec etiam obstat, Menoch. illustr. c. 32.
num. 3. Amisum, latè sumpta verbi si-
gnificatione dicitur, quod potest ac-
quiri, & non acquiritur, l. 3. ff. quæ in
fraudem creditorum. l. 3. §. si ve quid 27. ff.
ex quibus causis major. Rot. in una Ra-
vennatens. hereditatis. 20. Decembr.
1584. coram Rubeo, secus vero stricte
sumpta significatione, l. non videtur
rem amittere 83. ff. de regul. juris. ubi
Dec. num. 5. l. non potest videri 208. ff.
eod. Rot. Romana de Theodolis 10. Ja-
nuarii 1597. coram Litto. (& sanè ma-
gna est differentia inter amissionem
debiti & lucrum non quæsitum. Si-
chard. in auth. hoc amplius. C. de fidei-
commis. l. ult. §. 2. de Cod. plus enim fa-
vetur damnificatio quam lucrum ca-
pturo. Carpz. lib. 4. conf. 17. n. 11.)

CAP. LX.

De Ampliatione. Ex-
tensione. Interpretatione.

Axioma I.

Non licet nobis interpretationibus no-
stris stultis, maxime quæ cauta sunt, de so-
lennibus extendere. Cajac. in recit. C. de te-
stamentis.

II.

Expressio specialis omnem impedit exten-
sionem, l. 10. de lib. & post. l. 22. pr. solut. matr.
l. 4. de V. & P. substit.

Locum habet reg. etiam in ultimis volun-
tatis, ubi si quid relinquatur directo, non
potest trahi ad fideicommissum, prout pluri-
bus ostendit Carpz. p. 3. conf. 8. def. 18. & p.
3. C. 25. d. 20. n. 6. & seqq.

Nisi aliquid sit unde contraria exprimentis
voluntas colligi possit, velut si quid non valet
eo modo, quo exprimitur interpretatio, ita fit
ut valere possit, arg. l. 76. ubi Dd. ad SC.
Treb.

III.

Ubi in aliqua causa sententia legis, vel SCi
manifesta est, is qui jurisdictioni præst ad
similia procedere, atque ita jus dicere debet. l.
12. 13. de legib.

Ratio quia non omnia legibus possunt
comprehendi. d. l. 12.

Fallit